

DISSERTATIONIS ACADEMICÆ

*Vitam & Merita M. ISAACI B.
ROTHOVII,*

Episcopi q. Aboënsis,

Exposituræ,

Particulam XIV:tam

Consensu Facult. Philof. in Acad. Ab.

PRÆSIDE

FRANC. MICH. FRANZÉN,

Hist. & Mor. Prof. Publ. & Ord. Acad. Svec. Octodecimviro,

Pro Exercitio

Publicæ disquisitioni subjicit

ERICUS ANDREAS CROHNS,

Stipend. Bilmark Viburgensis.

In Atrio Cancellariæ die XVI Dec. MDCCCIX,

Horis p. m. consuetis

ABOÆ,

In Officina FRENCKELLIANA.

THESES RESPONDENTIS.

Thesis. I.

Imperii Romani, tot tantisque bellis, flagitiis, cæditibus, rapinis demum stabiliti habenas, talibus monstris, quales erant proximi post Augustum & plurimi post Marcum Aurelium Casares, traditas fuisse, dolentem se, & coram Divina Providentia querentem, hoc consoletur, quod eo ipso tempore in orbe Romano religio gliscebatur Christiana, jurisque civilis cultura ab ultimis classicæ antiquitatis scriptoribus perficiebatur.

Thes. II. Nam in generis humani reformationem, medio ævo factam, maximam fuisse utriusque vim & effectum, facile tibi persuadebis: si & Historiam contulas, & efficaciam cogites, qua ex una parte index ethico-religiøsæ, ex altera justæ & legitimi notionis in mentes mortalium agunt.

Thes. III. Ruptis nempe & salutis vinculis & compagibus imperii Occidentalis, initio, religio sola, non modo symbolorum & ceremoniarum, sensus & pectus simul moventium, pompa barbaras cepit & domuit turmas, sed in civitatibus etiam sensim constitutis, per Hierarchiam, cum Despotismum impedivit, tum Feudalismum temperavit, atque unam cum altera, nullis adhuc politicis rationibus Europæ Respublicas consociantibus, gentem connexuit.

Thes. IV. Postea autem, pandectis Justinianæis seculo XIIo detectis, Juris Romani studium, primum quidem ad Hierarchiam confirmandam adhibitum est, mox tamen Regum civiumque jura illustrans, ad ipsam evertendam, ejusque loco novum constituendum systema civitatum Europæ, haud parum conduxit.

Thes. V. Idem etiam litterarum, præsertim Latinarum, restituit culturam, viamque aperuit novam postea condendi juris naturæ disciplinam.

Thes. VI. Neque minus Religioni Christianæ litteræ debent & scientiæ, Philologia e, c. & Philosophia, ut artes taceam elegantiores,

Thes. VII. Quin etiam, in agros colendos, vias pandendas, metalla effodienda, commercia agenda, haud nullus fuit illius, ad Septentrionem usque propagatæ, effectus.

dales, in quibus, præter solita Colloquia s. Disputa-
tiones in Articulum quendam *Augustanæ Confesio-*
D d *nis*

Regii mandati attentionem cohortemini. - - - Insuper omnibus illis diebus, sicut etjam summis anni festis, Studiosis colligenda est pecunia, in usum nostrorum Alumnorum, nec collecta cuiquam, nisi Oeconomo Templi Cathedralis erit enumeranda, imo nec mendicorum circumforaneorum concursu minuenda, quin potius propria Pastorum munificentia & liberalitate augenda &c. Hæc ex hoc genere attulisse satis sit. Quibus vero ob cognationem materiæ hæc quoque ROTHOVII nostri adjicere liceat: Reverendis Dn. Præpositis Salutem! Altbenslund många utbaff Pastoribus och Diaconis in Diacefi baffe besûrat sigb, att the icke baffe nõdortfftige böcker, them the kunna bruka sigb till bielp på the stoore Bõnedagar, och theföre begårat aff migb, att jagb ville låta utgåå några Predikningar them till tiensst öfver the Texter, som på store Bõnedagar skole brukas; Theföre baffe jagb thet ni i verket stålt, och til en begynnelse 3 predikningar förfårdigat, utaff builke jagb Eder sänder - - - exemplar, både till Pastores och Diaconos. Teckes hvar Pastori och Sacellano utbaff Kyrckorna, eller sin egen possessione, något senda til att betala papperet och Booktryckiaren medb, bemsteller jagb Eder sielffue; thet andra skal med thet första vil Gudb efterfölja. In Domino Valet! Åbo d. 21 Junii 1643.

ISAACUS ROTHOVIVS,

Prodierant eodem anno typis excusæ Aboæ ap. P. Wald 4:o sub tit.: Några Christeliga Boot-Prediknit.

nis (*), varia alia pia ad Religionis & Ecclesiarum promovendum florem spectantia consilia sedulo agitata sunt, præceptisque sapientissimis simul constitutum, quænam officia bonos & fideles Verbi Divini Ministros in muneribus suis fungendis colere deceat; (***) quorum accuratæ observationi dein in

gar, bälne aff B. ROTHOVIO Ep. Ab. & Ministerio Diæces. Ab. dedicatæ.

*) Disertationes hujusmodi Synodales, sub auspiciis ROTHOVII nostri quondam editas, enumerat Rev. Dn. D. MENNANDER in Oratione de *Synodis Et speciatim Diæcesanis Aboensibus* d. 26 Febr. 1775 Aboæ habita pag. 45 seqq. quare illis denuo recensendis jam superfedemus, præsertim cum nec nova quædam & incognita his addenda nobis suppetant.

**) Commemoravimus jam supra p. 22 primam, quam post suum ad nos adventum a. 1628 Aboæ convocaverat, Synodum; quibus Parochorum suorum congregationibus eum & postea per omne, quo Episcopatus Aboënsi præfuit, tempus sedulo occupatum fuisse, X ejus sub moderamine typis editæ, Clerique Diæcesani publico examini subjectæ, Disertationes Synodales affatim comprobant; ut jam de pluribus ineditis nil dicam. Erat his exercitiis & colloquiis adeo intentus, ut senex prope octogenarius illis lubens & impiger, interdum bis uno anno, interfuerit; qualem Conventum etjam a. 1652 Aboæ celebrandum ipsum d. 18 Dec. 1650 indixisse, hæc in *Protocollo Consistorii Eccles.* notata (omissa a Rev. D. MENNANDER in Oratione de *Synodis*, quare hic apponenda putavimus) docent: *De Synodo tillkommande 1652 om Sommaren och Vinttren när*

in Visitationibus anniversariis per vastam Diocesa-
D d 2 fia

*marknan står Henrici tijdb. Locus erit de Cbristo, 3
Art in Aug. Confessione Præses erit M. ANDREAS (Ny-
copensis) Rector Scholæ (Ab.) Respondentes: Dn. JACOBUS
(Lignipæus?) Conrector i Björneborg; Dn. JACOBUS
Sigfridi, Sacellanus i Wasa; Dn. JOHANNES Stephani,
Rector vid Tavastebus. — Concionatores Svenska: D.nus
ELIAS, Præpositus Nerpenfis, de Persona Cbristi; Dn.
CHRISTIERNUS in Jomala, de officio Cbristi; Dn. CHR-
STIERNUS, Sacellanus in Lojo, de beneficiis Cbristi. —
Finske Predikanter: M. ANDREAS, Pastor Raumensis;
Dn. JOHANNES, Pastor i Auraominne; Dn. HENRICUS, Sa-
cell. in Nondal. Distulit vero annunciatam Synodum
mors d. 10 Febr. 1652 interveniens meritislimi Episcopi.
Neque ex litterarum monumentis quæ supersunt hujusce
ævi liquet, an a designato Præside elaborata & dein pu-
blice defensa fuerit hæc de gravissimo dogmate propo-
sita Disertatio, nec ne? Typis exscriptam prodiisse non
constat. Clerum vero Diocesenum non solum in solitis
hisce exercitiis disputatoriis, verum etjam sæpius, cum
ad annuas nundinas *Henricianas* conflueret, in Consisto-
rio comparuisse, statutaque varia idonea tam ad ipsam
Religionem & cultum publicum, quam ad meliorem consti-
tuendam Disciplinam Ecclesiasticam spectantia ibi simul
condita fuisse, Protocolla nominati Consistorii, quæ ad
nos pervenerunt, sæpius innuunt. In cogendis vero &
moderandis hisce conventibus quæ eximia animi contem-
platione ROTHOVIVS noster usus sit, & quam severam in
immorigeros & trivole absentes censuram exercuerit, vel
ex uno, quod jam apponam documento assatim constabit.
Finita nempe Synodo anni 1642, absque mora ad Clerum*

En (*) diligenter peractis, summo cum studio quousque in vivis esset invigilavit.

Nec

Dioecesanum sequentes ablegavit Litteras: *Constabit universis ac singulis Dioecesanis, qui ad Synodalem Convencum diebus 16, 17, 18 (Junii?) anni currentis celebratum vocati non comparuerunt, nec absentiae suae causas sufficientes allegare possunt, quod ex sententia Consistorii, praeter suam contumaciam, ad rationes suae absentiae in Consistorio reddendas hac schedula citantur. Interea temporis sciant se ab officio manere suspensos, & multam in Constitutionibus Synodalibus determinatam, absque tergiversatione, esse expromendam. Nam de contumaciter absentibus, vel levibus de causis sese excusantibus, haec leges servabuntur: A. functionibus & publicis laboribus Synodicis liberi solvent prima vice 4 thaleros, secunda duplum, tertia triplum, in moneta argentea, addita remotione ab officio. Praepositi duplum solvent. Officiarii Synodici pro absentia, Praeses 16, Concionatores 6, Respondentes 6 thaleris multabuntur, & donec multam illam exposuerint, ab officio suspensi erunt. Sin vero legitimas absentiae habuerint causas, eas Consistorio mature significabunt. De Scholarum Rectoribus & Aularum Concionatoribus idem erit statuendum, quod de ipsis Pastoribus Ecclesiarum. Divinae protectioni commendati valete! Abogiae d. 20 Junii a. 1642.*

ISAACUS ROTHVIUS.

- *) Omnes Finlandiae Ecclesias sub papismo uni submissas fuisse Episcopo *Aböensi* notissimum est, neque ac gl. m. R. GUSTAVUM I, non minus Hierarchiae infringendae, quam purioris lucis Evangelicae in populo propagandae

Nec propiores modo Sedique suæ Episcopali vicinas Ecclesias cura sua pastorali benignius fovit atque amplexatus est; extendebat eam æque indulgentem ac indefesam etjam ad remotiores suæ ditionis

studiosissimum, eas a. 1554 in duas distribuisse Diœceses, *Aboënsem* scilicet & *Wiburgensem*, quarum illam M. MICHAELI AGRICOLÆ, hanc M. PAULO JUUSTEN procurandam tradidit. Eas sub Ep. M. ERICO ERICI, *Liturgicis* favente consiliis, denuo quidem junctas voluit R. JOHANNES III a. 1584; postquam vero a R. GUSTAVO ADOLPHO a. 1618 iterum separatae sunt, inde ab his temporibus utraque Diœcesis proprium suum in continua successione habuit Antillitem; exceptis annis aliquot post occupatam a Russis seculo superiori Finlandiam, quibus scilicet ab a. 1712 ad a. 1715, Episcopi D. JOH. GEZELII J. F. inspectioni etjam *Wiburgensem* Diœcesim delatam fuisse novimus. (Cfr. *R. Doct. M. J. ALOPEI Borgâ Gymnasii Historia* P. 1. p. 65 seqq. *Abo Tid.* 1794 N:o 4. A. OL. RHYZELII *Episcop.* P. 1. pagg. 325 & 326 & P. JUUSTEN *Chron. Episc.* ex ed. Cel. H. G. PORTHAN pagg. 42 & 745 seqq.) Limites vero harum Ditionum non semper eosdem mansisse Acta comprobant. Debuissent, nempe Paræciæ Territoriorum *Borgoënsis* & *Tavastiae Superioris*, præter reliquas, ex tenore divisionis *Gustaviana*, Episcopatu *Wiburgensi* subjacere; attamen ex plurimis *Capitulâ Ab.* monumentis constat, plerasque saltem horum Territoriorum Ecclesias, scilicet *Helsingforsensem*, *Helsingensem*, *Sibboënsensem*, *Pernoensem*, *Nurmijärvensem*, *Hollolensem*, *Haukoensem*, *Padasjokiensem*, *Syrmänsensem*, *Jämsänsensem*, *Laukasensem* &c. non illi sed huic, per omne fere administrationis *Rothovianæ* tempus, paruisse Consistorio, do-

tionis Ecclesias; imo ad ipsius Lapponiæ trionibus
 subjectæ vagabundos & miseros incolas, cimmeriis
 pæne

nec circa a. 1648, (nescio qua ex causa & occasione?)
 Diocesi *Wiburgensi* redditæ sunt; in cujus rei testimo-
 nium ex *Protoc. Consist. Eccles. Ab. d. 3 Aug. 1648*
 apponam ejus responsum på *Rektoris Breff af NyHel-
 singfors, om Sochnarna af Nylandh kunde ån liggia
 under Helsingfors Schola? Capitlets menningh år den-
 na, att Nylands Sochnar distribueras i Åbo Schola den-
 na gångh, efter Borgo Låbn år ny efter gammal sedh
 medh Hollola under Wiborgs Biskop.* Quam Senten-
 tiam d. 29 ejusdem mensis repetitam invenimus, addita
 observatione: *att ifron detta Stiftet ej kan giffvas Sochnar
 till Wiborg.* Exceptionem nihilominus in favorem *Con-
 rektoris ROTHOVII* factam, *Protoc. d. 20 Maji 1649* hunc
 in modum commemorat: *Bleff affsagt att Dn MATTHIAS
 ROTHOVIIUS, Conrektor Helsingforsensis, behåller Sochnen
 Kyrklått af all Djeknebielp årligen, så länge han där
 år Conrektor; Men ingen annan efter honom, når han
 derifrån bliffuer försörgdh, gøre sigh een regulam deraff,
 ty Helsingfors Schola ligger under Wiborg, och detta
 skeer gratis Dn. MATTHIÆ, efter han hafuer spem blif-
 va ber.* — Longe ante contra hæc, septentrionem ver-
 sus, contigui limites Diocesium *Aboënsis* & *Upsaliensis*,
 vel si mavis *Hernösandensis*, a. 1647 conditæ, accuratius
 definiti erant, Præcæcia nempe *Kemi*, cum adjacente
Lapponia ejusdem nominis, ditionem Episcopi *Aboënsis*
 hac ex parte jam per IV & quod excurrit secula, ter-
 minante, (Lites acres & diuturnas his de limitibus inter
Upsalienses & *Aboënses* Præsules olim agitatae pluribus
 recenset *Cel. PORTHAN* l. c. p. 366 seqq.)

pæne eousque coopertos tenebris Doctoribusque & Ministris Verbi Divini pæne destitutos. Erant quidem jam dudum curæ qualicunque & informationi Pastoris *Kemiensis* demandati (*); cum vero & ingens locorum intercapedo, & gentis per saltus immensos asperaque montium juga dispersæ nomadica vivendi ratio valde impedirent, quominus ab ipso, variis aliis negotiis occupatissimo, salutaribus Religionis Evangelicæ notitiis accurate fatis imbui, & ad cultiores mores, seposita prisca barbarie atque superstitione, revocari possent, (***) pie omnino ac sapien-

*) Testantur hanc rem, præter alia, tres Litteræ ab Ep. Ab. ERICO *Eriæ* d.d. 20 Jan. 29 Apr. & 21 Oct. a. 1617 ad Pastorem & Præp. *Kemiensem* NICOLAUM (*Mattbiæ Rungium*) datæ, & in Consiſt. Eccl. Ab. d. 7 Jan. 1641 exhibitæ; alle lydande om *Kemi Lappmark*, att hon skall liggia under *Kyrckioberden i Kemi*, som af ålder är varitt.

**) Quis & qualis status Rei Ecclesiasticæ horum locorum his temporibus fuerit, sequentia ex *Protoc. Consiſt. Eccl. Ab.* d. 11 Dec. a. 1640 descripta quodammodo indicant: *Var Dn. Johannes Pastor Kemiensis för Capitlet, effter H. K. M:tz beſalningh, att svara till den Ransakningen, som är bälken i Lappmarken, och sedermera skårskådat och på nytt ransakat i Tornio aff åtskillige Ståndzpersoner; och bleeff denne saken förbördb, som efftersöliande de punchter utbvisa:*

1:o Bekende Her Johan att han får aff dem någre perzedeler meer än Hans Antecesores fät kaffua, buit-

sapienter constituit S. R. Mitas, novas in Arctoïis
hisce terris Christo colligere Ecclesias, ipsisque no-
vos & idoneos præficere Doctores, quorum vero
eligen-

kett dee aff een godh villie bonom giffue, och de from-
me betrachte sijn åbro och hans floore mödo medh vee-
sande, såsom och slijt i lærande, därtill han dem till
vittnes kallar, som förledne åbr bassua, effter H. K.
Mitz befalningh, visiterat Kemi Lappmark; builket
Visitations Acterna utvöisa, att han sitt Embete troli-
gen giort bassuer. Du. Johannes sade sig villia bevisa,
att een part Lappar åro så sinnade, dett dee aff een
frij villie giffue den ene dagen, så klage dee den andra
dagen vara tvunget aff dem. — 2:o Du. Johannes be-
känner och sig bassua botat Lapparna med Rijs, och
för den orsaken skull, att han ville skrämma dem ifrå
sijne Trumbor, eller organa diabolica, builket han så-
ger dem myckitt bassua brukatt när han först bleeff de-
ras Pastor; men sedan han begynte medh aluar låggia
sigb här emot, åro dee förstörde och måstedels utbrotade.
Såger och att Lapparne för detta verkets förstörande
åro bonom, beslymmerligen the ogudochtige, gramse vörd-
ne. — 3:o Her Johan bekänner sig bassua fört Bren-
devijn till Lappmarken, till någon nådårst, effter han
intet kan annan dryck för kölden skull dijtföra, och ell-
iest år brukeligt giffua Lapparna een tint, id est; ett
quarter af Stopet, när de komma till bonom och helsan;
men ingen bandel dermedh driffuit, att förtaga Tornia
Borgares naringh — 4:o Att Herr Johan skulle bassua
några uplyst ifron Herrans Nattvardh för mutor och
gassuors skuld, såger han att ingen skall det kunna
medh skåål öffuertya; men sådant vara skedt för deres

eligendorum & huc ablegandorum curam ROTH-
 VIO nostro a. 1648 commisit; (°) qui & ea fide
 E e dili-

Synder, att dee beblande sigb medb quinnor, förån dee komma till vigzlev, och lessua i lösachtigbeet; dem bassuer ban något skåligt böte pålagt, builket sedan år kommit Kemi Kyrkia till godo, och således inga mutor tagit, utan deras frivillige vanlige skånck. — Senten-
 tin: Effter Her Johannes bassuer sigb förklarar, som affuanbemålt år, bleff ban strengeligen förmant att umgås medb Lapparne, och bereffter taga sigb granne-
 ligen till vara, att ban dem icke skråmmer aff landet, utban fogeligen medb tbem bandlar; det ban och låf-
 suade gärna effterkomma, buarföre bleff bonom tillgiffuit.

*) Factum est hoc sequentibus d. 16 Febr. 1648 ad ipsam scriptis Litteris: *Vij CHRISTINA - - Vår ynneft - -*
*Vij förbålle Eder bårmedb nådeligen icke, Herr Biskop, M. Isack Rothovi, buruledes vår Landsbõfdinge utbi Västerbotn F. Krusbiörn, hafver på vårt Nådige be-
 bagh till våre undersåtbara Lapparnes i Kiem Lapp-
 mark Saligbeetz befordran, låtit opråtta tvenne Kyr-
 kior af träå, Een vidb Enave träsk, den andre vidb Kiem träsk; Så emedban nådigt år, att bem:te Kyr-
 kior, och dertill lydande Lappar, medb tienlige Präst-
 män forderligt bliffua försörgde; buarföre år vår Nå-
 dige villie, att I drage försorgh, det en tienligh och
 väl qualificerat Prästman, till buardera Kyrkian medb
 första bliffua förordnaåb, som förmedelst sin stadigb när-
 varelse, det ensaldige folcket på åbe orterne i deeres
 Christendoms stycken slitigt kunne informera och õfva.
 Och vele vij på medell vara betånkte, buarmedb b:te*

diligentiaque in negotio sibi delato religiosissimo
 verlatus est, ut Consistorium Eccles. vere ejusdem
 anni ineunte, duos eosque primos Evangelii Præ-
 cones ad Lappones *Kemienses* mitteret, scil. ESA-
 IAM *Mansueti* IJANDER s. BOTHNIENSEM ad *Enare*,
 & JACOBUM *Erici* LAPODIUM s. LAPPOENSEM ad
Kemitråsk, quibus locis S. R. Mitas, jam ante decem
 circiter annos, duo Tempa Christo sacra, publicis
 sumtibus exstruenda curaverat (*); ubi & per silvas hor-

*Prästman vidb samma sitt Embete skole erbolne och
 nödorsteligen försorgde blifva; Effter wij derom bemte
 vår Landsböfding tillskrifuit haffue, med hvilken I och
 öffuer detta ärende correspondera vele. Detta Eder till
 Nådigh esterrättelse. Befalle Eder Gudb Alsmechtigh.*

CHRISTINA.

Nils Tungel.

(Ex Archivo R. A. 1648 fol. 178.)

*) Memoriam rei servat quoque *Protocollum Consist. Eccles.*
Ab. d. 20 Apr. a. 1648: Blef efter H. K. M:tz skrif-
telige befallningh till Biskopen förordnat 2 unge Präste-
mån, näml. Dn. Jacobus Erici Lappöensis & Dn. Esaias
Mansueti Bothniensis, att begiffua sigh nu till de 2 ny-
byggde Kyrckior i Kemi Lapmark, och blifua der sta-
digt varandes, Esaias vidb Enaris och Jacobus vidb
Kemijerf Kyrckior. Härpå singo dee buar sin skriff
af Biskopen underskrifvit M. Isaaco Rotbovio, och blef
skrifvit till Landsböfdingen Fr. Krus (Krusbiörn & Chr.
v. STJERNMANS Adl. Matr, p. 271) å Västerbottn, att

horridas & inciduas olim huc illuc cum rangiferis suis errantes incolæ, fixos sensim ponere cœperunt lares, cultioremque & moratiorem, prout Christianos decet, vivendi modum ingredi.

Erant vero his temporibus non modo Lapporum & rasticorum nostrorum, verum etjam civium urbicorum, præsertim lingua Fennica utentium, mores ut plurimum rudiores, imo sordidiores, quam ut ROTHOVIO, solertius educato & politiori aliarum gentium assueto vivendi rationi, placere possent, ut nil dicam de vitiis variis & superstitionibus, populo cuivis liberaliori disciplina & institutione nondum subacto, plerumque inhærentibus; quibus itaque eradicandis, vel saltem minuendis, ROTHOVIVM nostrum, interdum ferventiori forte quam par esset

E e 2

ani-

han i bästa måtto dem, efter H. K. M:tz brefs innehåll, befordrar och medb uppehålle söriev. Desse 2 unge Prästmån skola och vara under Pastoris i Kimi inspektion, hvilken om åbret efter vanligt dijtreeser, och sedan de causis relation tillkenna gifuer, huru de embetet förestå, och folcket i Herrans fruchtan öffua sig i gudeligheet. — Mentionem optimi instituti facit itidem M. WEXIONIVS in Descriptione Sueciae a. 1650 ed. L. IV. C. 2. ita disferens: ROTHOVII pio zelo effectum est, ut ultra lacum Enavetråsk Christo nomen Lapones dederint; quæ loca, nomine ejusdem XXIII jam annos hic Episcopi, Dn. Claudius Christianus Alanus(?) ante decennium visitavit.

animo studioque, intentum fuisse, non est quod magnopere miremur; inprimis si meminerimus majorum & prædecessorum nostrorum sentiendi, dicendi & agendi modum non esse æstimandum ex seculi quo jam vivitur, plane alio, emendatone dicam an aliter duntaxat informato, cogitandi & vivendi genere. (*)

Atti-

*) Prodit se vividum hocce & ferventius ROTHOVII ingenium haud obscure in plerisque ab ipso habitis, & dein prelo emisissis, Orationibus sacris, quæ omnes fere, quotquot inspicere nobis contigit, vehementissimum in vitia seculi & populi sui spirant odium, austeris haud raro & incomtis, quin imo rusticis prope verbis aliquando expressum; cujus acerbioris *Rotbovianæ* dictionis plura, si locus permitteret, afferri possent specimen; sed hæc ex hoc genere sufficient: *Här hafver varit en ofseedb i bele landet, att folcket om Söndagar och Helgedagar måste få sigb maat, för än the gå till Kyrcko, hvilket svijna väsende och bunda lessuerne äro medb stoor mödo aflagde i visitationerne . . och är thet lagdt vite och straff vidb, om någor then Ordningen öffuerträder — Sjungom endrechteliga Gudi till pris, och Dieffulen till förtreet och bäffuande. De som nu detta låstliga Contate icke vilia frambara, thet är befruchtande, att the i Hellsfuetit ropa ett evigt Ejulate, bylande och gråtande utan enda — Gudb bettre! när man thetta skavulösa folcket tucht a vill, och vijsa them medel till att undvijka Guds vrede, så finner man föracht, bådelse och spått. Uppenbara Horör och Horkarlar skemmas icke vidb att protestera emoot Kyrckio-straff och all faderligh*

Attigimus jam passim, quamvis obiter, hæc
 ROTHOVII de corrigendis depravatis moribus populi
 Fënno-

agba. Utbi tben Påfveska Församlingen, tber tben Anticbristiska villfarelsen suäffuer, bassua Präster och Munckar sådana macht och myndigheet, att the settia Herrar och Konungar till pyntes, så att the måste dantzta efter tberas piipa; men utbi tben reformerade rättta Evangeliska Församlingb vill tben ringaste Borgare och Bonde settia Presten till pyntes. (Ex Concione på tben stora Böldagen 20 Maji 1653). — Man finner här i landet stort gäckeri medb fiskeri, notadrecht, och tjiders förändringar. När the falla i sjukdom, sökia the bielp hoos Dieffuulen, offra tackoffer Diefflenom, bårandes fram Vaxbeläte, vaxlius, gråverck, och annat på Altaren, offra får, penningar och annat på visse dagbar, Bartholomäi dagb, Olai dagb, Jacobi dagb; bångia utb på vågbarna oxabusvud, kalfvabusvud, fårebuvud, med hvilket alt the umgås i mörkret, och ingen törs sin Gudb bekenna, resa up kors på vågbar, krypa på knän ansyles kring om Kyrckian - - När en häst bliffuer sjuk, skola Kåringar och Gubbar komma i ett mörkt bus tillsamman, dricka utb en halftunna äöll, och någre ceremonier förebassua. När the fånga en Biörn, skola the i mörkret giöra ett gästabudb, dricka biörnens skäl utur busvudskällen, låta och murra såsom biörnen låter; således skola the få ytterligare lycka - - Ptterligare finner man in Visitatione, som uppenbartigen tala Visitatoribus i munnen: att man icke altjidd kan sökia bielp hoos Gudb, utban måste braka läsnigar i salt, iyster och annat. Så kröfftig är Dieffuulen i Otrones barn. (Ex Concione in tolemni Acad. Ab.

Fennonici impigra & laudabilia studia, nec non finis-
tra varia iudicia odiaque sive improborum, sive iuli-

Inauguratione d. 15 Jul. a. 1640 habita (— *Hvad skall man säga om the många Echtenskaps förlöpare här i landet? The öfuergifflua sine Hustrur, Hustruna sina män, ryma bort i annor land till Sverige, till Liffland, till Norrlanden. Ja, man finner ock somlige borkarlar, som beskylla sina busirur för bor, på thett the måga blifva them qvitte, och taga sigb andra, hvilka them lystet, alt efter kötzens begereelse - - Man hafver i alla Visitationer här i landet besittat sigb om att afskaffa then ledbe ofedben och Spijna leffuerner, att Foleket haffuer bällit måltid för än the hafva gått till Kyrckian på Söndagbar och Helgedagbar, låtandes dermed påskijna, att thetas buuk hafver, varit thetas Gudb. — The haffua icke sinne till att döda kötzens gerningar och then leedbe fylleris appetiten med Andanom, efter Pauli ordb, utban vråka i sigb, intet achtandes några tijdber. &c. (Ex Concione quadam pœnitentiæ Botpredikn. a. 1643.) Plura harum rerum curiosi, si qui fuerint, ex ipis fontibus hauriant. (Cfr. ejus *Commonefactio de cavenda Idololatriæ abominatione, Pastoribus Diaceseos Ab. missa, & lingua Svecana impressa Ab. a. 1646.*) Incidimus forte Acta R. Dicasterii Ab. perquisituri in locum quendam disolutos seculi mores haud mitiori perstringentem censura, quem itaque allatis subjungimus: *Discurreades om the många åtskillige barnamordb, som här i landet thy värr! bedrijffuas, builke äre så mycket till att bandla medb, att Rätten intet veet, buru Rätten medb sådane procedera skall. Och bleff beslutit, att om dese saker skriff-**

infipientium hominum, in quæ severis suis reprehensionibus & admonitionibus haud raro incurrerat; in cuius rei uberius documentum paucis commemorare juvat lites, magna ut videtur animorum commotione agitata, quibus hanc ab causam implicitus est & cum civibus quibusdam Aboënsibus Fennicis, & cum ipso Regio, quod heic loci conditum est, Dicafterio.

Displicuerant *Illis* diu multumque plurima ROTHOU nostri, pia quamvis & integerrima omnino, consilia de corrigendis reprimendisque scedis variis vitiis & abusibus, qui non minus in rem ecclesiasticam horum locorum, quam in omnem fere vitam communem, dudum irrepsierant. Et cum immitis atque acerrimus morum censor non posset sibi temperare, quo minus acutis variis objurgationibus, an dicam cavillationibus? non modo privatim, sed & publice, in profanum vulgus acerbius interdum inveheretur, ansam hinc a. 1634 arripuere XI turbulenti & malevoli Ecclesiæ Cathedralis Fennici socii accusatorium quendam in ipsum consignandi libellum, octo criminationum momenta complectentem,

nes så väl H. N:de Rijckz-Drotzen, som H. Exc. Rijckz Kantzlern till, med tjenstflijtigt anballande, att de Högvärldborne Herrar ville giffua sitt goda betenckande härutiman, huru medh sådane boorkänor bandlas skall, (Ex protoc. R. Dicaft. Ab. d. 17 Nov. a. 1641.)

tem; quod scriptum ad M. MART. STODIUM, *L. Gr. in Gymn. Ab. Lectorem*, qui tum Holmiæ commorabatur, & quem præ M. ESCH. PETRÆO (Cfr. supra p. 51 seqq.) cives hi Fennici Pastorem sibi præoptaverant, transmittendum quidem voluerunt, quo illud in ROTHOVI opprobrium ruinatione S. R. Miti traderet, quod vero, (nescio quo casu?) invitis fatuis & insulsis delatoribus, in manus ROTHOVI incidere. Offenderat ipsos præprimis, quod in concione quadam, coram Ecclesia Cathedrali Suecana haud ita pridem habita, atrocibus variis & contumeliosis reprehensionibus Fennicos præsertim urbis incolas laceraverat; quod dispensationem S. Coenæ diebus Jovis, Veneris & Saturni *Septimanæ Magnæ*, (Dymmelveckan) dudum in utraque Ecclesia solitam, petentibus interdixerat (*); quod rem pecuniariam reditusque Templi Cathedralis male, imo in suos usus, ut suspicati sunt,

*) In *Protoc. Curiae Urbicæ Ab. d. 14 Maji a. 1634* hæc de re hæc notata leguntur: *Borgerskapet i gemeen begerde, att dheres klagemål i Stadens Tenckiebok inskrifvas måtte, i det att Biskopen M. Isac Rothovius haffuer dem förbällit Måssa och Herrans Nattvardhs brukande om Skår-Thorsdagen, Fredagen och Lögerdagen, medhan dbe af ålder å samma dagar åre vane Christeligen att begå alle tre dagar Herrans Högbvärdige Nattvardh. Och detta till vijdare förklaringh när så behövas kan.* (Cfr. *Åbo Tidn. a. 1777: p. 128.*)